

illis qui poterunt comprehendi facere incidi caput taliter¹⁾
quod separetur a busto quod moriatur, et quod mulier con-
buratur. ¶ Et si aliquis interfecerit aliquem ex Ranphis, ha-
beat de camera comunis Tergesti libr. quadrigentas venec. par.,
5 vel ex ipsis vivos presentaverit comuni Tergesti et ex suis
sequacibus, habeat libr. ducentas par. a comuni Tergesti. ¶ Et
si aliquis banitorum per comune Tergesti pro quolibet banno,
excepto pro homicidio, tam sequaces ipsorum Ranphorum
quam alii banniti, interficeret aliquem ex Ramphis et ab eis
10 descendentibus, quod libere venire possit Tergestum et stare,
non obstante dictis bannis, et sit libere absolutus a dictis // 133 B
bannis, et hoc intelliga(n)tur de Ranphis masculis tantum. Et
quod Rampha et Clara sorores, filie condam domini Marci
Ramphi, depellantur et banniantur per comune Tergesti, et
15 quod Agnex earum soror, uxor Almerici Galine, numquam
venire possit in Tergestum. ¶ Et quod de cetero omnes mu-
lieres, uxores Ramphorum et suorum sequatium, que seque-
rentur et essent secute maritos suos, videlicet ipsos Ramphos
et sequaces ipsorum Ramphorum, baniantur per comune et
20 Tergestum venire non possint, et omnia bona earum deveniant
in comuni. ¶ Et quod quilibet potestas tempore sui regiminis
Tergesti fatiat [legi] presens statutum bis in arengo publico,
sub pena centum libr. par. pro quolibet potestate. ¶ Et quod
quecunque persona blasphemaverit illos qui interfecerint Ram-
25 phos, vel tractaverint mortem ipsorum, sive dixerit vel inpro-
peraverit dedecus aliquod de eisdem qui supradicta fecerint,
conponat comuni libr. decem par. pro qualibet vice contra-
facta, hoc nichilominus legitime probato. ¶ Preterea conce-
dimus et libertatem damus et plenam auctoritatem domino
30 Giraldo Rubeo intromittendi vendendi ed alienandi de bonis
que fuerunt domine Maydine, uxoris condam domini Johannis
Ramphi, in toto vel in parte, in ea quantitate quam sibi pla-
cebit, et denarios ex ipsis bonis acceptos libertatem habeat
dandi Filipe, filie ipsius condam domini Johannis Ramphi, ut
35 possit maritari decenter extra civitatem Tergesti, sine pena

¹⁾ Aggiunta marginale.